



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Antiquae Lectionis Tomus ...

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,
Nunquam Edita

Canisius, Heinrich

Ingolstadii, 1601

In Epistol. LVIII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)

IN EPISTOL. LVIII.

fol. 107.

IN m. f. quidem desideratur inscriptio: Sed certum est, missam esse ad Paulinum Patriarcham Aquileiensem.

fol. 108. v. 21.

Scriptitans argumentationes) De his Sidonius carm. 2. ordine tertio

Quæ vel Aristoteles partitus membra loquendi Argumentosis dat retia syllogismis.

Fulgentius præfat. Mytholog. Platonis auratum eloquium, & Aristotelis syllogismaticum verbiloquium.

22. In mente calamum tinxisse) Ita corrigo, quod in m. f. in merente. Hoc quod Alcuinus vocat Aristotelicum proverbium, à Carolo M. auctore usurpavit; si credimus Eckio, qui in capite Perihermen. hæc habet: Carolus Magnus ad Alcuinum inquit, Aristotelem calamum in mentem tinxisse, dum istum librum scripserit.

fol. 109. v. 16.

Descendit) m. f. discernitur.

26. Faciem non visurum) m. f. non vidisse.

IN EPISTOL. LIX.

fol. 111.

PAulino Patriarchæ) Vbi Patriarcha fuerit, non exprimitur in m. f. Sed fuisse Aquileiensem certum est; qui Patriarchatum adiit anno 776. & sedit annos 25. Panvin. Præfuit synodo Altinensi anno 802. ut patet ex epistola synodali Paulini ad Carolum M.

IN EPISTOL. LX.

fol. 112. v. 25.

Vestrum libellum) Scripsit Paulinus libellum contra Felicem Vrgelitanum & Eliphandum Toletanum hæreticos, qui extat tom. 3. Conciliorum & in bibliotheca P P.

fol. 114. v. 6.

Dumis Hispanici) Intelligit Felicis hæresim repullulascensentem, quæ ipso auctore eam abnegante apud Reganspurg primum damnata est, anno 792. ut habent anal. Franc. ed. P. Mox Romæ coram Adriano Pontifice Felix secundo suam hæresim detestatus est. Sed iterum antiquus serpens de dumis Hispanici ruris (inquit verè Alcuinus; nam Romæ ad civitatem suam reuert-